

Hypochoeris Achyrophorus L. — *Seriola aetnensis* L. — In Quercetis prope Tizi-Ifri, solo arenaceo, 1.700 m. (forma *typica*, nec non f. *melanotricha* Pau).

H. laevigata (Desf.) Ces. P. et G. var. **pinnatifida** (Doumergue). — In rupestribus calcareis et schistaceis: secus amnem Braret; in monte Bou-Saada supra Ibjibjen; in monte Azrou; 1.200-1.900 m.

H. radicata L. var. **heterocarpa** Moris. — In Quercetis et Cedretis montis Timellatin, 1.500-2.000 m.

Leontodon eriopodium Emb. et Maire, n. sp. (sect. *Apargia*). — Ab affinibus *L. hispido* L. et *L. Balansae* Boiss. et Reut. differt foliorum basi dense fulvo-lanuginoso; a priore porro recedit pilis longe 2-4-furcatis substellatis (nec breviter 2-4-furcatis), achaenii paullo brevioris (6 nec 6,5-7 mm) pappo externo nullo l. e pilis 1-2 simplicibus constituto; a posteriore achaeniis brevibus (6 nec 10 mm), pappi setis minus numerosis, basi conspicue dilatatis nudis (nec usque ad basim vix dilatatam plumosis), involucri phyllis dorso adpresse incano-villosis (nec glabrescentibus l. setis sparsis rigidis praeditis), apice vix nevix albo-ciliatis (nec ciliis albis confertissimis albo-marginatis).

Hab. in rupestribus calcareis montis Azrou, 1.800-2.000 m, junio florens.

L. (Thrinacia) maroccanus (Pers.) Ball. — In pascuis montis Nador, solo margaceo, 1.400 m.

L. (Thrinacia) nudicaule (L.) Banks ssp. **Rothii** (Ball) Sch. et Thell. var. **perenne** Emb. et Maire. — A typo (var. *hispido* nov. nom. = *Thrinacia hispida* Roth) differt radice bienni l. perenni, crassa, fibris crassis (nec tuberosis) saepe praedita. Achaenia ut in typo.

Hab. in pascuis humidis nec non in Cedretis montis Timellatin, solo arenaceo, 1.500-2.000 m.

Taraxacum obovatum D. C. — In pascuis humidis montis Timellatin, 1.500-1.900 m.

Cicerbita tenerrima (Pourret) Beauverd var. **genuina** Maire. — In rupestribus calcareis, schistaceis, arenaceis: secus amnem Braret; Souk-et-Tnin; Targuist; Tizi-Ifri; in monte Azrou; 1.200-2.000 m.

Lactuca viminea Link var. **Pomeliana** (Rouy). — *L. intvicata* Pomel. — In rupestribus calcareis, in Quercetis, solo schistaceo, arenaceo, margaceo: in monte Nador; secus amnem Braret; Souk-et-Tnin; in monte Timellatin; 1.200-2.100 m.

Chondrilla juncea L. — In lapidosis schistaceis apricis prope Souk-et-Tnin, 1.400 m.